Art. 17. Ad Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium spectat, statim ac nuntium obitus Summi Pontificis acceperit, coram Praefecto Domus Pontificiae, iure recognoscere Pontificis mortem, astantibus Magistro Pontificiarum Celebrationum Liturgicarum, Praelatis Clericis, Secretario et Cancellario Camerae Apostolicae, qui authenticum mortis actum conficiat. Cardinalis Camerarii pariter erit privatis eisdem Pontificis aedibus sigilla apponere atque statuere ut ministrantibus ex more commorantibusque in privata habitatione liceat permanere usque ad peractam Papae sepulturam, cum scilicet integrae pontificiae habitationi sigilla imponentur; ipsius obitum Cardinali in Urbe Vicario nuntiare, qui de re populum Romanum singulari edicto edocebit; pariter de eadem certiore facere Cardinalem Basilicae Vaticanae Archipresbyterum; ad Apostolicum Palatium Vaticanum accedere ut huius possessionem capiat, nec non possessionem, sive per se sive per delegatum, utriusque Palatii ad Lateranum et ad Arcem Gandulfi, eorumque custodiam et regimen exercere; statuere, auditis Cardinalibus qui tribus ordinibus praesunt, ea omnia quae pertinent ad sepulturam Pontificis, nisi forte is, dum vivebat, suam hac de re voluntatem manifestavit; ea omnia, nomine et consensu Collegii, curare quae ad iura Apostolicae Sedis tuenda et ad huius administratio-

15. Cfr Const. Ap. *Vicariae potestatis*, 6.I.1977, 2 § 4, en AAS 69 (1977), 10.



nem recte gerendam rerum temporumque adiuncta suadebunt. Etenim Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Sede Apostolica vacante, contingit cura et administratio bonorum et iurium temporalium ipsius Sanctae Sedis, auxiliantibus tribus Cardinalibus qui Assistentes appellantur, praehabita, semel circa leviora ac singulis in casibus circa graviora negotia suffragatione Cardinalium Collegii.

Art. 18. Cardinalis Paenitentiaris Maior, eiusque officiales, Sede vacante, ea agere et expedire valent, quae a Pio XI Decessore Nostro definita sunt per Constitutionem Apostolicam *Quae divinitus* die 25 mensis Martii anno 1935 editam<sup>16</sup>, atque a Nobismet Ipsis per Constitutionem Apostolicam *Pastor Bonus*<sup>17</sup>.

Art. 19. Decani autem Cardinalium Collegii erit, ubi primum a Cardinale Camerario vel a Praefecto Domus Pontificiae de Pontificis morte fuerit edoctus, omnibus Cardinalibus hanc nuntiare, eosque convocare ad Congregationes Collegii agendas. Item Pontificis mortem is significabit Nationum Legatis seu Oratoribus ad Apostolicam Sedem publice missis, et iis qui in iisdem Nationibus supremam obtinent auctoritatem.

Art. 20. Sede Apostolica vacante Substitutus Secretariae Status sicut et Secretarius de rationibus cum Civitatibus et Secretarii Dicasteriorum Romanae Curiae pergunt in moderando proprio cuiusque Officio, de quo Cardinalium Collegio respondent.

Art. 21. Item non cessant Pontificiorum Legatorum munus et potestas.

Art. 22. Eleemosynarius quoque Sanctitatis Suae opera caritatis exercere pergit, et quidem eadem ratione qua, vivente Pontifice, sole-

cuidar y administrar los bienes y los derechos temporales de la Santa Sede, con la ayuda de los tres Cardenales Asistentes, previo el voto del Colegio de los Cardenales, emitido una vez para todas las cuestiones de menor importancia, y para cada caso en las más importantes.

Art. 18. El Cardenal Penitenciario Mayor y sus Oficiales, durante el periodo de Sede vacante, pueden tratar y resolver todas las cuestiones determinadas por Nuestro Predecesor Pío XI en la Constitución Apostólica *Quae divinitus*, de 25 de marzo de 1935<sup>16</sup>, y por Nosotros en la Constitución Apostólica *Pastor Bonus*<sup>17</sup>.

Art. 19. Corresponderá al Decano del Colegio de los Cardenales, apenas haya sido informado por el Cardenal Camarleno o por el Prefecto de la Casa Pontificia de la muerte del Pontífice, dar la noticia a todos los Cardenales, convocándolos para las Congregaciones del Colegio. Igualmente comunicará la muerte del Pontífice al Cuerpo Diplomático acreditado ante la Santa Sede y a los Jefes de Estado de las respectivas Naciones.

Art. 20. Durante el periodo de Sede Apostólica vacante, el Sustituto de la Secretaría de Estado así como el Secretario para las Relaciones con los Estados y los Secretarios de los Dicasterios de la Curia Romana conservan la dirección de las respectivas oficinas y responden de ella ante el Colegio de los Cardenales.

Art. 21. Tampoco cesan en el cargo y en sus facultades los Legados Pontificios.

Art. 22. También el Limosnero de Su Santidad continuará en el ejercicio de las obras de caridad, siguiendo los criterios acostumbrados en vida del Pontífice; pero está sujeto al Cole-

16. Cfr n. 12, en AAS 27 (1935), 112-113.

17. Cfr art. 117, en AAS 80 (1988), 905.

gio de los Cardenales hasta la elección del nuevo Pontífice.

Art. 23. Durante el periodo de Sede vacante, todo el poder civil del Sumo Pontífice, concerniente al gobierno de la Ciudad del Vaticano, corresponde al Colegio de los Cardenales, el cual sin embargo no podrá dar decretos sino en caso de necesidad urgente y sólo para el tiempo en que esté vacante la Santa Sede. Dichos decretos mantendrán su vigor posteriormente sólo si los confirma el nuevo Pontífice.

bat; est autem Cardinalium Collegio subiectus usque ad novi Pontificis electionem.

Art. 23. Sede Apostolica vacante, universa civilis potestas Summi Pontificis circa regimen Civitatis Vaticanae ad Cardinalium Collegium spectat; quod tamen decreta ferre non poterit, nisi urgente necessitate et pro tempore tantum vacationis Sanctae Sedis, in posterum autem valitura solummodo, si a novo Pontifice erunt confirmata.

#### Capítulo IV

##### FACULTADES DE LOS DICASTERIOS DE LA CURIA ROMANA DURANTE EL PERIODO DE SEDE APOSTÓLICA VACANTE

Art. 24. Durante el periodo de Sede vacante, los Dicasterios de la Curia Romana, excepto aquellos a los que se refiere el n. 26 de esta Constitución, no tienen potestad alguna en aquellas materias que, *Sede plena*, no pueden tratar o realizar si no es *facto verbo cum SS.mo*, o *ex Audientia SS.mi*, o *vigore specialium et extraordinariorum facultatum*, que el Romano Pontífice suele conceder a los Prefectos, a los Presidentes o a los Secretarios de los Dicasterios.

Art. 24. Curiae Romanae Dicasteria, praeter illa de quibus dicitur n. 26 huius Constitutionis, Sede Apostolica vacante nullam potestatem habent in iis, quae *Sede plena* facere et expedire non possunt, nisi *facto verbo cum SS.mo* vel *ex Audientia SS.mi*, vel *vigore specialium et extraordinariorum facultatum*, quae a Romano Pontifice eorundem dicasteriorum Praefectis, Praesidibus vel Secretariis solent concedi.

Art. 25. No cesan con la muerte del Pontífice las facultades propias de cada Dicasterio; establecemos, no obstante, que los Dicasterios hagan uso de ellas sólo para conceder gracias de menor importancia; en cambio, las cuestiones más graves o discutidas, siempre que puedan diferirse, deben reservarse en su integridad al futuro Pontífice; si no admitiesen dilación (como cuando se trata, entre otros casos, de dispensas *in articulo mortis* que el Sumo Pontífice suele conceder), podrán ser encomendadas por el Colegio de los Cardenales al Cardenal que era Prefecto hasta la muerte del Pontífice, o al Arzobispo hasta entonces Presidente, y a los otros Cardenales del mismo Dicasterio, a cuyo examen probablemente las hubiera confiado el Sumo Pontífice difunto. En dichas circunstancias, éstos podrán decidir *per modum provisionis*, hasta que sea elegido el Pontífice, lo que

Art. 25. Facultates vero propriae cuiusque Dicasterii, occurrente morte Pontificis, non cessant; verumtamen statuimus, ut Dicasteria iis facultatibus solum ad gratias concedendas, quae minoris momenti sunt, utantur, negotia vero graviora vel in controversiam vocata, quae in aliud tempus possint differri, futuro Pontifici omnino reserventur; quae si nullam moram admittant, (sicut ceterum, cum agitur de dispensationibus *in articulo mortis*, quas Summus Pontifex concedere solet) a Cardinalium Collegio committi poterunt Cardinali qui usque ad obitum Pontificis fuit Praefectus, vel Archiepiscopo ad id temporis Praesidi ceterisque Cardinalibus eiusdem Dicasterii, cui ea Summus Pontifex defunctus probabiliter examinanda mandavisset. Poterunt





*illi per modum provisionis, in eiusmodi rerum adiunctis, donec Pontifex eligatur, decernere ea, quae iuribus et traditionibus ecclesiasticis custodiendis ac tuendis aptiora magisque consentanea censuerint.*

**Art. 26.** *Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae et Tribunal Rotae Romanae, Sancta Sede vacante, negotia sua exsequi pergunt secundum leges sibi proprias, servatis tamen iis, quae art. 18, comm. 1 et 3 Constitutionis Apostolicae Pastor Bonus praescribuntur*<sup>18</sup>.

crean más adecuado y conveniente para la custodia y la defensa de los derechos y tradiciones eclesiásticas.

**Art. 26.** El Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica y el Tribunal de la Rota Romana, durante el periodo de Sede Apostólica vacante, siguen tratando las causas según sus propias leyes, pero observando lo establecido en el art. 18, párrafos 1 y 3 de la Constitución Apostólica *Pastor Bonus*<sup>18</sup>.

## Capítulo V

### LAS EXEQUIAS DEL ROMANO PONTÍFICE

**Art. 27.** *Romano Pontifice demortuo, Cardinales exequias pro eius anima per novem dies continuos celebrabunt, secundum Ordinem exsequiarum Romani Pontificis, cuius regulis prout etiam normis Ordinis rituum Conclavis, fideliter obsequentur.*

**Art. 27.** Después de la muerte del Romano Pontífice, los Cardenales celebrarán las exequias en sufragio por su alma durante nueve días consecutivos, según el *Ordo exsequiarum Romani Pontificis*, cuyas normas, así como las del *Ordo rituum Conclavis*, cumplirán fielmente.

**Art. 28.** *Si tumulationem in Basilica Vaticana fieri contingit, authenticum eius instrumentum a Notario Capituli eiusdem Basilicae vel a Canonico tabularii praefecto conficitur. Postea vero delegatus a Cardinale Camerario atque delegatus a Praefecto Domus Pontificiae separatim documenta perscribant, quae peractae tumulationis fidem faciant; prior coram Camerae Apostolicae membris, alter coram Domus Pontificiae Praefecto.*

**Art. 28.** Si la sepultura se hiciera en la Basílica Vaticana, el correspondiente documento auténtico es extendido por el Notario del Cabildo de la misma Basílica o por el Canónigo Archivero. Posteriormente, un delegado del Cardenal Camarlengo y un delegado del Prefecto de la Casa Pontificia extenderán por separado los documentos que den fe de que se ha efectuado la sepultura; el primero en presencia de los miembros de la Cámara Apostólica y el segundo ante el Prefecto de la Casa Pontificia.

**Art. 29.** *Si Romanus Pontifex extra Urbem supremum obiit diem, Cardinalium Collegii est omnia disponere, quae necessaria sunt ad dignam ac decoram translationem exanimi corporis ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri.*

**Art. 29.** Si el Romano Pontífice falleciese fuera de Roma, corresponde al Colegio de los Cardenales disponer todo lo necesario para un digno y decoroso traslado del cadáver a la Basílica de San Pedro en el Vaticano.

**Art. 30.** *Non cuiquam capere ullo instrumento licet Summi Pon-*

**Art. 30.** A nadie le está permitido tomar por ningún medio imágenes del Sumo Pontífice

18. Cfr AAS 80 (1988), 864.

en cama o difunto, ni registrar con ningún instrumento sus palabras para después reproducirlas. Si alguien, después de la muerte del Papa, desea hacer fotografías con fines de prueba o de testimonio, debe solicitarlo al Cardenal Camarlingo de la Santa Iglesia Romana, quien, en cualquier caso, no permitirá que se tome la imagen del Sumo Pontífice si no está revestido con los hábitos pontificales.

Art. 31. Después de la sepultura del Sumo Pontífice y mientras dura la elección del nuevo Papa, no debe habitarse ninguna parte del apartamento privado del Sumo Pontífice.

Art. 32. Si el Sumo Pontífice difunto ha hecho testamento de sus cosas, dejando cartas o documentos privados, y ha designado un albacea testamentario, corresponde a éste disponer y ejecutar, según el mandato recibido del testador, lo que concierne a los bienes privados y a los escritos del difunto Pontífice. El albacea dará cuenta del desempeño de su función únicamente al nuevo Sumo Pontífice

tificis imaginem sive lecto decumbentis sive iam mortui, neque eius voces quovis apparatu percipere unde postea repetantur. Si quis, Pontifice defuncto, eiusmodi imagines probationis vel testimonii causa, photographice efficere cupit, id a Cardinale Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario petere debet, qui tamen Summi Pontificis imaginem luce exprimi non sinet, nisi pontificiis vestibus induti.

Art. 31. Post Summi Pontificis sepulturam atque dum novi Pontificis electio habeatur, diaetae privatae Summi Pontificis nulla pars habitetur.

Art. 32. Si defunctus Summus Pontifex de rebus suis testamentum fecit litterasque ac tabulas privatas reliquit, atque sui testamenti curatorem designavit, huius est, pro potestate sibi a testatore facta, ea statuere et exsequi quae ad privata defuncti Pontificis bona et scripta pertinent. Qui curator de munere a se gesto uni novo Summo Pontifici rationem reddet.

## SEGUNDA PARTE LA ELECCIÓN DEL ROMANO PONTÍFICE

### Capítulo I

#### LOS ELECTORES DEL ROMANO PONTÍFICE

Art. 33. El derecho de elegir al Romano Pontífice corresponde únicamente a los Cardenales de la Santa Iglesia Romana, con excepción de aquellos que, antes del día de la muerte del Sumo Pontífice o del día en el cual la Sede Apostólica queda vacante, hayan cumplido 80 años. El número máximo de Cardenales electores no debe superar los ciento veinte. Queda absolutamente excluido todo derecho de elección activa por parte de cualquier otra dignidad eclesiástica o la intervención del poder civil sea cual fuere su orden o grado.

Art. 33. Ius eligendi Romanum Pontificem ad Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales exclusive pertinet, iis exceptis qui ante diem mortis Summi Pontificis vel ante diem quo Sedes Apostolica vacavit octogesimum aetatis annum iam confecerunt. Maximus autem Cardinalium electorum numerus centum viginti ne excedat. Prorsus ergo excluditur quodlibet electionis activae ius cuiuspiam alterius ecclesiasticae dignitatis aut laicae potestatis cuiusvis gradus et ordinis interven- tus.

Art. 34. Si la Sede Apostólica quedara vacante durante la celebración de un Concilio Ecuménico o de un Sínodo de los Obispos, que

Art. 34. Si quando contingit ut Sedes Apostolica vacet dum aliquod Concilium Oecumenicum aut Epis-

coporum Synodus sive Romae sive in alio quovis orbis terrarum loco celebrantur, electio novi Pontificis a Cardinalibus electoribus, qui supra sunt dicti, solum et exclusive fieri debet, minime vero ab ipsis Concilio aut Synodo Episcoporum. Quapropter acta, quae quomodocumque rationem electionis faciendae vel collegium electorum temerario consilio immutare audeant, invalida et irrita declaramus. Quin immo perstantibus confirmatis hac in re cann. 340 et 347 § 2 C.I.C. atque can. 53 C.C.E.O, ipsum Concilium aut Synodus Episcoporum, in quovis statu existunt, statim *ipso iure* suspensa ab accepto certo nuntio Sanctae Sedis vacantis intellegi debent. Itaque, nulla prorsus interiecta mora, cessare statim debent a quibuslibet conventibus, congregationibus, sessionibus et a quibusvis decretis seu canonibus vel conficiendis vel apparandis vel etiam promulgandis etsi confirmatis, sub poena nullitatis eorum; neque ulterius Concilio vel Synodo progredi licet quamlibet ob causam, etsi gravissimam et speciali mentione dignam, donec novus Pontifex canonice electus illa iterum assumi et continuari iusserit.

Art. 35. Cardinalis elector nulla ratione vel causa a Summi Pontificis electione activa et passiva excludi potest, vigentibus tamen iis omnibus quae sub n. 40 huius Constitutionis statuuntur.

Art. 36. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, dummodo creatus renuntiatumque in Consistorio sit, hac ipsa de causa ius eligendi Pontificis possidet secundum huius Constitutionis praescriptum in n. 33, etiamsi nondum ipsi pileus est impositus neque anulus creditus neque ius iurandum is pronuntiavit. Non tamen hoc iure fruuntur Cardinales canonice depositi aut qui, consentiente Romano Pontifice, dignitati cardinalitiae renuntiaverunt. Praeterea non licet Cardinalium Collegio, Sede vacante, eos restituere.

tengan lugar en Roma o en cualquier otro lugar del mundo, la elección del nuevo Pontífice debe ser hecha única y exclusivamente por los Cardenales electores arriba indicados, y en modo alguno por el Concilio o Sínodo de los Obispos. Por tanto, declaramos inválidos y sin efecto los actos que temerariamente, de la manera que sea, osaren modificar el modo de realizar la elección o el Colegio de los electores. Es más, confirmando a este respecto los cc. 340 y 347 § 2 del CIC y el c. 53 del CCEO, el Concilio o el Sínodo de los Obispos, sea cual fuere la fase en que se encuentren, deben considerarse inmediatamente suspendidos *ipso iure*, en el momento de recibir noticia cierta de que la Sede Apostólica ha quedado vacante. Así pues, sin demora alguna, debe cesar toda clase de reuniones, congregaciones o sesiones, y la redacción o preparación de cualquier tipo de decretos o cánones, así como su promulgación, aunque estén confirmados, bajo pena de nulidad; tampoco podrá continuar el Concilio o el Sínodo por ninguna razón, aunque sea gravísima y digna de especial consideración, en tanto el nuevo Pontífice canónicamente elegido no hubiera dispuesto su reanudación.

Art. 35. Un Cardenal elector no puede ser excluido de la elección, activa o pasiva, por ninguna causa o razón, permaneciendo firme, no obstante, lo establecido en el n. 40 de esta Constitución.

Art. 36. Un Cardenal de la Santa Iglesia Romana, si ha sido creado y publicado en Consistorio, tiene por eso mismo el derecho a elegir al Pontífice según el n. 33 de la presente Constitución, aunque no se le hubiera impuesto la birreta, entregado el anillo, ni hubiera prestado juramento. No gozan, en cambio, de este derecho los Cardenales depuestos canónicamente o que hayan renunciado, con el consentimiento del Romano Pontífice, a la dignidad cardenalicia. Además, durante el periodo de Sede vacante, el Colegio de los Cardenales no puede readmitir o rehabilitar a éstos

Art. 37. Mandamos, además, que desde el momento en que la Sede Apostólica quede legítimamente vacante, los Cardenales electores presentes esperen durante quince días completos a los ausentes; dejando no obstante al Colegio de los Cardenales la facultad de retrasar aún algunos días, si hubiera motivos graves, el comienzo de la elección. Pero transcurridos como máximo veinte días desde el inicio de la situación de Sede vacante, todos los Cardenales electores presentes deben proceder a la elección.

Art. 38. Todos los Cardenales electores, convocados por el Decano, o por otro Cardenal en su nombre, para la elección del nuevo Pontífice, están obligados, en virtud de santa obediencia, a atender al anuncio de convocatoria y a acudir al lugar designado al respecto, a no ser que estén imposibilitados por enfermedad u otro impedimento grave, que deberá ser reconocido como tal por el Colegio de los Cardenales.

Art. 39. Pero si llegasen algunos Cardenales electores *re integra*, es decir, antes de que se haya procedido a elegir al Pastor de la Iglesia, serán admitidos a los trabajos de la elección en la fase en que éstos se encuentren.

Art. 40. Si se diera el caso de que algún Cardenal con derecho de voto se negase a entrar en la Ciudad del Vaticano para llevar a cabo los trabajos de la elección o, a continuación, después que ésta hubiera comenzado, se negase a permanecer para cumplir su cometido sin una causa manifiesta de enfermedad, reconocida bajo juramento por los médicos y aprobada por la mayor parte de los electores, los demás procederán libremente a elegir al Sumo Pontífice, sin esperarle ni readmitirle al proceso de elección. Por el contrario, si un Cardenal elector se viera obligado a salir del Cónclave por sobrevenirle una enfermedad, se puede proceder a la elección sin pedir su voto; pero si quisiera volver al Cónclave una vez recobrada la salud o incluso antes, debe ser readmitido.

Además, si algún Cardenal hubiera salido de la Ciudad del Vaticano por cualquier otra causa grave, reconocida como tal por la mayo-

Art. 37. Praecipimus praeterea ut, ex quo Apostolica Sedes legitime vacat, Cardinales electores praesentes expectent absentes quindecim solidos dies, facta tamen Cardinalium Collegio potestate electionis initium adhuc proferendi per aliquot dies, si graves obstant causae; tamen viginti diebus ad summum elapsis ab initio Sedis vacantis, cuncti Cardinales electores praesentes ad electionis negotium procedant.

Art. 38. Omnes Cardinales electores, a Decano aut ab alio Cardinale illius nomine agente, ad novi Pontificis electionem advocati, obligatione tenentur, ex virtute sanctae oboedientiae, convocationis nuntio obtemperandi et ad locum sibi designatum pro electione se conferendi, nisi infirmitate vel alio gravi impedimento, a Cardinalium Collegio agnoscendo, detinentur.

Art. 39. Attamen Cardinales electores, si *re integra* supervenerint, id est antequam de Ecclesiae Pastore eligendo sit provisum, in electionis negotium eodem statu, quo ipsum invenerint, admittantur.

Art. 40. Si quis vero Cardinalis, ius suffragii habens, in Civitatem Vaticanam ingredi noluerit ut electionis negotia participet aut deinde postquam ea initium habuerunt, recusaverit permanere ut munere suo fungatur sine manifesta infirmitatis causa, iure iurando medicorum necnon a maiore parte electorum approbata, ipso minime expectato neque in eiusdem electionis negotium iterum admissio, per ceteros ad eligendum Summum Pontificem libere procedatur. Quodsi, infirmitate superveniente, aliquis Cardinalis elector e Conclavi exire cogetur, poterit, eius suffragio non requisito, ad electionem procedi; sed si is ad Conclave, post sanitatem sibi restitutam aut etiam ante, redire voluerit, rursus admittatur.

Praeterea si quis Cardinalis quamlibet aliam ob gravem causam, a maiore parte electorum compro-



batam, e Civitate Vaticana egressus fuerit, poterit reverti, ut electionem participet.

ría de los electores, podrá regresar para tomar parte en la elección.

## Capítulo II

### SEDE DE LA ELECCIÓN, OFICIALES Y MINISTROS ADMITIDOS EN RAZÓN DE SU FUNCIÓN

Art. 41. Conclave ad Summum Pontificem eligendum fiet in Civitate Vaticana, in partibus et aedibus descriptis, extraneis interdictis, ita ut accommodata collocatio atque permansio praebeantur Cardinalibus electoribus iisque quotquot legitimo iure advocantur ut operam dent ipsi electioni recte atque ordine explicandae.

Art. 42. Tempore ineundis negotiis electionis Summi Pontificis statuto oportet acceperint et adiverint omnes Cardinales electores opportunam collocationem in vulgo dictis aedibus *Domus Sanctae Marthae* recens exstructis in Civitate Vaticana.

Si infirmæ valetudinis rationes, ante a statuta Cardinalium Congregatione comprobatae, suadeant ut aliquis Cardinalis elector adducat etiam electionis tempore aegrorum ministrum, caveatur ut ipsi quoque apta detur habitatio.

Art. 43. Ex quo initium negotiorum electionis statutum est ad praeractae usque Summi Pontificis electionis publicum nuntium vel, utcumque, hoc iusserit novus Pontifex, aedes *Domus Sanctae Marthae*, pariterque Sacellum Sixtinum atque loci designati liturgicis celebrationibus obserari debebunt, sub auctoritate Cardinalis Camerarii externaque cooperatione Substituti Secretariae Status, omnibus licentia carentibus, prout statuitur in sequentibus numeris.

Integra regio Civitatis Vaticanae, atque etiam ordinaria industria Ministeriorum quorum sedes stat intra eius fines, ita moderandae erunt, hoc tempore, ut circumspectio in tuto collocetur nec non expedita explicatio actionum ad Summi

Art. 41. El Cónclave para la elección del Sumo Pontífice se celebrará en la Ciudad del Vaticano, en los lugares y edificios descritos. Queda prohibido el acceso a los extraños, de modo que se garantice el adecuado alojamiento y la estancia de los Cardenales electores y de quienes, por título legítimo, están llamados a colaborar al normal desarrollo de la elección.

Art. 42. En el momento establecido para el comienzo del proceso de la elección del Sumo Pontífice, todos los Cardenales electores deberán haberse instalado en el conveniente alojamiento que se les habrá asignado en la llamada *Domus Sanctae Marthae*, construida recientemente en la Ciudad del Vaticano.

Si razones de salud, previamente comprobadas por la competente Congregación cardenalicia, aconsejan que algún Cardenal elector tenga consigo, incluso en el periodo de la elección, un enfermero, se debe proveer para que a éste le sea asignada una habitación adecuada.

Art. 43. Desde el momento en que se ha dispuesto el comienzo del proceso de la elección hasta el anuncio público de que se ha realizado la elección del Sumo Pontífice, o en todo caso hasta que así lo ordene el nuevo Pontífice, los locales de la *Domus Sanctae Marthae*, la Capilla Sixtina y el lugar designado para las celebraciones litúrgicas, deben estar cerrados a las personas no autorizadas, bajo la autoridad del Cardenal Camarlengo y con la colaboración externa del Sustituto de la Secretaría de Estado, según lo establecido en los números siguientes.

Todo el territorio de la Ciudad del Vaticano y también la actividad ordinaria de las Oficinas que tienen su sede dentro de su ámbito deben organizarse, en dicho periodo, de modo que se asegure la reserva y el libre desarrollo de todas las actividades concernientes a la elección

del Sumo Pontífice. De modo particular se deberá procurar que los Cardenales electores no sean abordados por nadie mientras se trasladan desde la *Domus Sanctae Marthae* al Palacio Apostólico Vaticano.

Art. 44. Los Cardenales electores, desde el comienzo del proceso de la elección hasta que ésta haya concluido y sea anunciada públicamente, deben abstenerse de mantener correspondencia, de usar el teléfono u otros medios de comunicación con personas ajenas al desarrollo de la elección, salvo que lo requiera una necesidad confirmada y urgente, debidamente reconocida por la Congregación particular a la que se refiere el n. 7. Corresponde a esta misma Congregación reconocer la necesidad y la urgencia que los Cardenales Penitenciario Mayor, Vicario General para la diócesis de Roma o Arcipreste de la Basílica Vaticana puedan tener de comunicarse con sus respectivas Oficinas.

Art. 45. Todos los indicados en el número siguiente, y quienes coincidieran casualmente con algún Cardenal elector durante el tiempo de la elección, aunque estén en la Ciudad del Vaticano por justo título, como se prevé en el n. 43 de esta Constitución, tienen absolutamente prohibido conversar, de cualquier forma, por cualquier medio o por cualquier razón, con los Cardenales.

Art. 46. Para atender las necesidades personales y de oficio relacionadas con el desarrollo de la elección, deberán estar disponibles y, por tanto, alojados convenientemente dentro de los límites a los que se refiere el n. 43 de la presente Constitución, el Secretario del Colegio Cardenalicio, que actúa de Secretario de la asamblea electora; el Maestro de las Celebraciones Litúrgicas Pontificias con dos Ceremonieros y dos religiosos adscritos a la Sacristía Pontificia; y un eclesiástico elegido por el Cardenal Decano, o por el Cardenal que haga sus veces, para que le ayude en el desempeño de su función.

Además, deberán estar disponibles algunos religiosos de diversas lenguas para recibir confe-

**Pontificis electionem pertinentium. Provideatur peculiariter ut Cardinales electores a nullo conveniantur, dum ab aedibus *Domus Sanctae Marthae* ad *Palatium Apostolicum Vaticanum* transvehuntur.**

Art. 44. Cardinales electores, ab initis electionis negotiis ad peractam publiceque nuntiatam electionem, se abstineant ab epistularum commercio, telephonii usu vel ab aliis instrumentis communicationis, cum iis qui extranei sunt explanationi eiusdem electionis, nisi hoc requirit confirmata atque urgens necessitas quam Coetus particularis, de quo diximus n. 7, rite agnoverit. Eidem Coetui tribuitur potestas probandi necessitatem et properantiam quas habent communicandi cum suo officio Cardinalis Paenitentiaris Maior, Cardinalis Vicarius pro dioecesi Romana, vel Cardinalis Archipresbyter Basilicae Vaticanae.

Art. 45. Ii omnes, qui subsequenti numero indicantur quique, quamvis in Civitate Vaticana iure sint, quemadmodum huius Constitutionis n. 43 sancit, forte electorem quempiam Cardinalem electionis tempore offenderint, qualibet forma, quovis instrumento atque quavis ratione, cum iisdem Cardinalibus sermocinari vetantur.

Art. 46. Ut personarum necessitatibus et officii, quae cum electionis cursu nectuntur, occurratur, praesto esse debent ideoque convenientibus locis recepti intra fines quorum in huius Constitutionis n. 43 fit mentio, Secretarius Cardinalium Collegii, qui conventus electivi Secretarii fungitur munere, Magister Celebrationum Liturgicarum Pontificiarum cum duobus Caeremoniariis et duobus Religiosis qui Sacrarium Pontificium curant, atque ecclesiasticus vir a Cardinale Decano electus vel a Cardinale vicem gerente, ut in munere explendo eum iuvet.

Nonnulli deinceps Religiosi in promptu sint variarum linguarum

ad confessiones excipiendas necnon duo medici ad res inopinatas expediendas.

Tempestive caveatur ut personarum paratarum congruus numerus adsit ad mensas instruendas et munditias faciendas.

Omnes personae, quae hic recensentur, a Cardinale Camerario tribusque Assistentibus in antecessu comprobentur oportet.

Art. 47. Omnes personae quae n. 46 significantur huius Constitutionis, quae quavis ratione ac quovis tempore a quocumque resciscunt ea quae ad recte obliquove proprios electionis actus attinent, potissimum quae peracta ipsius electionis scrutinia contingunt, arto secreto tenentur cum qualibet persona ad Collegium Cardinalium electorum non pertinent; hac de causa, antequam incipiat electio, ius iurandum nuncupare debent, secundum modum et formulam, ut subsequens numerus indicabit.

Art. 48. Illi omnes, de quibus dicitur n. 46 huius Constitutionis, rite certiores facti circa significationem amplitudinemque iuris iurandi faciendi ante negotiorum electionis initium coram Cardinale Camerario vel alio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinale ab eo delegato et coram duobus Caeremoniaris, tempore opportuno pronuntiabunt et subscribent ius iurandum secundum hanc formulam:

*Ego N.N. promitto et iuro me inviolate servaturum esse secretum absolutum cum omnibus quotquot participes non sunt Collegii Cardinalium electorum, hoc quidem in perpetuum, nisi mihi datur expresse peculiaris facultas a novo Pontifice electo eiusve Successoribus, in omnibus quae directe vel indirecte respiciunt suffragia et scrutinia ad novum Pontificem eligendum.*

*Itemque promitto et iuro me nullo modo in Conclavi usurum esse instrumentis quibuslibet ad vocem transmittendam vel recipiendam aut ad imagines exprimendas quovis modo aptis de iis quae tempore electionis fiunt intra fines Civitatis Vaticanae, atque praecipue de*

siones, y también dos médicos para eventuales emergencias.

Se deberá también proveer oportunamente de modo que se disponga de un número suficiente de personas para los servicios de comedor y de limpieza.

Todas las personas aquí mencionadas deberán recibir la aprobación previa del Cardenal Camarlengo y de los tres Asistentes.

Art. 47. Todas las personas señaladas en el n. 46 de la presente Constitución, que por cualquier motivo o en cualquier momento fueran informadas por quien sea sobre algo directa o indirectamente relativo a los actos propios de la elección y, de modo particular, de lo referente a los escrutinios realizados en la elección misma, están obligadas a estricto secreto con cualquier persona ajena al Colegio de los Cardenales electores; por ello, antes del comienzo del proceso de la elección, deberán prestar juramento según la modalidad y la fórmula indicada en el número siguiente.

Art. 48. Las personas señaladas en el n. 46 de la presente Constitución, debidamente advertidas sobre el significado y sobre el alcance del juramento que han de prestar antes del comienzo del proceso de la elección, deberán pronunciar y subscribir a su debido tiempo, ante el Cardenal Camarlengo u otro Cardenal delegado por éste, en presencia de dos Ceremonieros, el juramento según la fórmula siguiente:

*Yo N. N. prometo y juro que guardaré absoluto secreto con todos aquellos que no forman parte del Colegio de los Cardenales electores, y esto perpetuamente, a menos que reciba expresamente autorización especial del nuevo Pontífice elegido o de sus Sucesores, acerca de todo lo que atañe directa o indirectamente a las votaciones y a los escrutinios para la elección del nuevo Pontífice.*

*Igualmente prometo y juro que no usaré en el Cónclave ningún instrumento que de un modo u otro sirva para la transmisión o recepción de voz o para la captación de imágenes, en relación con cuanto sucede durante el periodo de la elección dentro del ámbito de la Ciudad del Vaticano, y*

principalmente de todo lo que de cualquier manera atañe directa o indirectamente a las actividades relacionadas con la elección. Declaro emitir este juramento plenamente consciente de que su infracción comportaría para mí aquellas sanciones espirituales y canónicas que el futuro Sumo Pontífice (cfr c. 1399 CIC) determine adoptar.

Así Dios me ayude y estos Santos Evangelios de Dios que toco con mi mano.

*iis quae quolibet modo directe vel indirecte attinent ad negotia coniuncta cum ipsa electione. Declaro me editurum esse ius iurandum utpote qui plane noverim quamlibet eius violationem adducturam esse me in spirituales illas canonicasque sanctiones quas futurus Summus Pontifex (cfr can. 1399 C.I.C.) opportunum duxerit ferre.*

*Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.*

### Capítulo III

#### COMIENZO DE LOS ACTOS DE LA ELECCIÓN

Art. 49. Una vez celebradas las exequias del Pontífice difunto según los ritos prescritos, y preparado lo necesario para llevar a cabo la legítima elección, el día establecido —es decir, el decimoquinto desde la muerte del Pontífice, o según lo previsto en el n. 37 de la presente Constitución, no más allá del vigésimo— los Cardenales electores se reunirán en la Basílica de San Pedro en el Vaticano, o en otra sede según la oportunidad de tiempo y lugar, para participar en una solemne celebración Eucarística con la Misa votiva *Pro eligendo Papa*<sup>19</sup>. Esto deberá realizarse a ser posible en una hora adecuada de la mañana, de modo que por la tarde pueda tener lugar lo prescrito en los números siguientes de la presente Constitución.

Art. 50. Desde la Capilla Paulina del Palacio Apostólico, donde se habrán reunido en una hora conveniente de la tarde, los Cardenales electores con hábito coral irán en solemne procesión, invocando con el canto *Veni Creator* la asistencia del Espíritu Santo, a la Capilla Sixtina del Palacio Apostólico, lugar y sede del desarrollo de la elección.

Art. 51. Conservando los elementos esenciales del Cónclave, pero modificando algunas cuestiones secundarias, que el cambio de las circunstancias ha hecho irrelevantes para el objeto al que servían anteriormente, con la pre-

